IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus Augustus Dei gracia Rex Poloniæ magnus Dux Lituaniæ Necnon terrarum Cracoviæ Sandomiriæ Siradiæ Lan
ciciæ Cuiaviæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Culmen. Elbingen. Pomeraniæq3 &c dominus et hæres: Significamus tenore presentium quorum interest vel interesse poterit universis &
singulis tam presentibus quam futuris earum noticiam habituris Quia quemadmodum tredecimo ab hinc anno solenni iuramento et literis ad id datis obligaveramus nos posteaquam ad Regni
gubernacula accesserimus, omnia iura privilegia et libertates subditorum nostrorum omnium statuum et ordinum tam publicas quam privatas confirmare Ita posteaquam Serenissimus Do
minus parens ex hac vita excessit. Regniq3 gubernacula ad nos sunt delata, tametsi memores iurisiurandi a nobis præstiti & fidei per literas nostras datæ, ea quæ verbis polliciti
fuimus in proxime preterito conventu generali Piotrcoviæ celebrato re ipsa prestiterimus, omniaq3 iura privilegia literas libertates et immunitates ecclesiasticas et Seculares tam
publicas quam privatas, personis cuiuscumq3 status et ordinis a Serenissimis Regibus Poloniæ et aliis antecessoribus nostris concessas confirmaverimus eaq3 nos omnia sancte &
inviolabiliter observaturos vigore prestiti iuramenti obligaverimus Quia tamen supplicatum est nobis per Famatos consules Oppidi nostri Radzieiowien. ut omnia iura privi
legia literas libertates et immunitates per Serenissimos antecessores nostros ipsis ac Civitati memoratæ Radzieiowien. concessas specialibus literis nostris authoritate nostra
Regia approbare ratificare et confirmare dignaremur Ideo supplicationi eiusmodi benigne annuentes omnia privilegia iura literas decreta libertates et immunitates ipsis
Consulibus ac toti communitati memoratæ Civitatis Radzieiowien. per Serenissimos olim Reges Poloniæ et alios antecessores nostros quoscumq3 concessas, quas hic pro
specialiter et singillatim insertis habere volumus tam in genere quam in spetiæ, ita tamen ut generalitas spetialitati, et spetialitas generalitati non deroget ac in omnibus earum
punctis articulis et conditionibus approband. ratifican. et confirman. duximus approbamusq3 ratificamus et confirmamus presentibus literis nostris Decernen. eadem omnia
Iura privilegia libertates decreta literas et immunitates robur debitæ et perpetuæ firmitatis obtinere debere Harum testimonio literarum quibus in fidem sigillum nostrum est
subappensum Dat. Cracoviæ feria tertia post Dominicam Iudica proxima Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo nono Regni vero nostri vigesimo.
Presentibus Reverendo in christo patre domino Samuele Maczieiowski Episcopo Cracovien. et Regni nostri Cancellario necnon Magnificis Generosis & Venerabilibus. Ioanne
de Koszielecz Palatino Iunivladislavien. ac Bresten. Dobrzinen. Cowalien. et Bobrownicen. Severino Bonar de Balicze Sandecen. Zuppario Burgrabio et magno
Procuratori Cracovien. Zathorien. Oswiaczimen. Ducatuum ac Biecen. Rapstinen. et in Ocziecz Stanislao Maczieiowski Lublinen. Ser.ma dominæ coniugis nostræ
Curiæ Magistro et Zavichosten. Nicolao Grabia Chelmen. Regni nostri Vicecancellario et Lubomlien. Ioanne Bonar de Balicze Oswienczimen. Castellanis et Capi
taneis nostris Iacobo Uchanski Decano Plocen. & Canonico Cracovien. Valentino Dembienski Burgrabio Cracovien. Curiæ nostræ Refferendariis Andrea Czarn
kowski Preposito Lancicien. Scholastico Cracovien. Ioanne Przerambski Secretariis nostris. Dat. per manus prenominati Mag.ci Nicolai Grabia Castell.i

In Nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus Augustus Dei gracia Rex Poloniæ magnus Dux Lituaniæ Necnon terrarum Cracoviæ Sandomiriæ Siradiæ Lan
ciciæ Cuiaviæ Russiæ Prussiæ Masoviæ culmen. Elbingen. Pomeraniaqz &c dominus et hæres : Significamus tenore presentium quorum interest vel interesse poterit vniuersis &
singulis tam presentibus qm futuris earum noticiam habituris Quia quemadmodum tredecimo ab hinc anno solenni iuramento et literis ad id datis obligaueramus nos posteaqm ad Regni
gubernacula accesserimus omnia iura priuilegia et libertates subditorum nostrorum omnium statuum et ordinum tam publicas qm priuatas confirmare Ita posteaqm Serenissimus Do
minus parens ex hac vita excessit. Regniqz gubernacula ad nos sunt delata tametsi memores iurisiurandi a nobis præstiti & fidei per literas nostras datæ ea quæ verbis polliciti
fuimus in proxime preterito Conuentu generali Piotrcoviæ celebrato re ipsa prestiterimus omniaqz iura priuilegia literas libertates et immunitates ecclesiasticas et Seculares tam
publicas qm priuatas personis cuiuscumqz status et ordinis a Serenissimis Regibus Poloniæ et aliis antecessoribus nostris concessas confirmauerimus eaqz nos omnia sancte &
inuiolabiliter obseruaturos vigore prestiti iuramenti obligauerimus Quia tamen supplicatum est nobis per Famatos consules Oppidi nostri Radziciowien. vt omnia iura priui
legia literas libertates et immunitates per Serenissimos antecessores nostros ipsis ac Ciuitati memoratæ Radziciowien. concessas specialibus literis nostris authoritate nostra
Regia approbare ratificare et confirmare dignaremur Ideo supplicationi eiusmodi benigne annuentes omnia priuilegia iura literas decreta libertates et immunitates ipsis
Consulibus ac toti communitati memoratæ Ciuitatis Radziciowien. per Serenissimos olim Reges Poloniæ et alios antecessores nostros quoscumqz concessas quas hic pro
specialiter et singillatim insertis habere volumus tam in genere qm in spetiæ, ita tamen vt generalitas spetialitati, et spetialitas generalitati non deroget ac in omnibus earum
punctis articulis et conditionibus approband. ratifican. et confirman. duximus approbamusqz ratificamus et confirmamus presentibus literis nostris Decernen. eadem omnia
Iura priuilegia libertates decreta literas et immunitates robur debitæ et perpetuæ firmitatis obtinere debere Harum testimonio literarum quibus in fidem sigillum nostrum est
subappensum Dat. Cracoviæ feria tertia post Dominicam Iudica proxima Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo nono Regni vero nostri vigesimo.
Presentibus Reueren. in chrô patre domino Samuele Maczieiowski Epo Cracovien. et Regni nostri Cancellario necnon Magcis Generosis & Venerabilibus. Ioanne
de Koszielicze Palatino Iuniwladislauien. ac Bresten. Dobrzinen. Cowalien. et Bobrownicen. Seuerino Bonar de Balicze Sandecen. Zuppario Burgrabio et magno
Procuratori Cracovien. Zathoren. oswianczimen. Ducatuum ac Biecen. Rapstinen. et in Oczieez Stanislao Maczieiowski Lublinen. Serxmæ dominæ coniugis nostræ
Curiæ Magro et Zanichosten. Nicolao Grabia Chelmen. Regni nostri Viceecancellario et Lubomlien. Ioanne Bonar de Balicze oswienczimen. Castellanis et Capi
itaneis nostris Iacobo Vchanski Decano Ploczen. & Canonico Cracovien. Valentino Dembienski Burgrabio Cracovien. Curiæ nrâ Refferendarijs Andrea Czarn
kowski Preposito Lancicien. Scholastico Cracovien. Ioanne Przerambski Secretarijs nris. Dat. per manus prenominati Magci Nicolai Grabia Castell.i
Chelmen. Regni nri Viceecancellarij sincere nobis dilecti

Nico. Grabia Regni
Viceecancellar. sst

Rto
Magci Nicolai Grabia Castellani Chelmen.
Regni Poloniæ Viceecancellarij Lubomlienqz
&c Capitanei

Serenissimi Dnj Sigismundi Augusti
Regis Poloniæ omniū Privilegiorū
Civitatis Radziejow confirmatio 1549.

30

R